

**Plantae rariores Camschatcenses ... / publico examini modeste submittit
Jonas P. Halenius.**

Contributors

Halenius, Jonas Petri, 1727-1810.

Linné, Carl von, 1707-1778.

Uppsala universitet.

Publication/Creation

Upsaliae, [1750?]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/f5bmk39h>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

4

D. D.

**PLANTÆ
RARIORES
CAMSCHATCENSES.**

QUAS

CONSENSU AMPLISS. FACULT. MED.

IN REG. ACAD. UPSAL.

PRÆSIDE,

VIRO CLARISSIMO,

**D. D. CAROLO
LINNÆO,**

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO,

MED. ET BOTAN. PROFESS. REG. ET ORD.

ACAD. IMPERIAL. N. C. MONSPEL. BEROL.

TOLOS. STOCKH. ET UPSAL. SOCIO.

SPECIMINIS ACADEMICI LOCO;

PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBMITTIT

JONAS P. HALENIUS,

UPLANDUS.

IN AUDIT. CAROL. MAJOR. AD D. XXII. DEC.

ANNI MDCCL.

H. A. M. S.

UPSALIÆ.

V I R O
MAXIME REVERENDO ATQUE CELEBERRIMO,
Dn. Mag. ENGELBERTO
HALENIO,
S. S. Theol. PROFESSORI Celeberrimo
Consistorii Ecclesiastici, pariter & Academici AD
SESSORI Gravissimo, PASTORI in Danne-
marck & Vicini Contractus PRÆPO-
SITO Meritissimo,
PATRONO SUMMO.

Nomine Tuo Celeberrimo, Patrone Optime, *la-*
bores meos levissimos ut ornarem, gratia illa
singularis, beneficiaque, nullo non tempore, ab-
unde mihi præstita fuerunt. Etenim simul at-
que mihi, moderatore studiorum destituto, hoc atrium
Minervæ adire contigit, illico Tibi, Summe Vir, volu-
pe fuit me, licet immerentem, benignissime excipere. Nem-
pe non tantum fortunæ meæ, omni ratione, prospicere
voluisti, sed etiam cuncta mea æqui bonique consulere es
designatus incepta. Hæc favoris pignora evidentissima fe-
rere, ut Tibi vivam obstrictissimus. Studiorum ergo
primitias qualescunque nunc Tibi offero, quas perbene-
volus ut suscipias, mibi que post hæc consuetam indulgeas
gratiam, summis contendo precibus. Vota ad D. O. M.
nunquam non a me fundenda erunt calidissima, ut pæren-
nis Tua Tuorumque sit felicitas. Futurus, dum vixero,
MAXIME REVERENDI ET CELEBERRIMI NOMINIS TUI

cultor humillimus
JONAS P. HALENIUS.

A
MONSIEUR,
Mr. OLAVE FR. RUDBECK
MAITRE VENEUR de la Norlandie Occidentale.

A
MONSIEUR,
Mr. PIERRE STRÖM.
DIRECTEUR des Mines.

M E S S I E U R S .

Pardonnez, Messieurs, que je me donne la liberté, de
Vous offrir ce petit ouvrage. Je n'oserois le faire,
si les marques très singulieres, que j'ai reçue de Vos bontes
ne m'y autorisoient. Vos bienfaits envers la maison de mon
Pere, & les faveurs, dont Vous m'avez honoré, m'ont
toujours fait souhaiter, qu'une occasion favorable voulut
se presenter, pour Vous temoigner publiquement la pro-
fonde veneration, que j'ai pour Vos Personnes. Je suis
maintenant très ravi, de voir à cet egard mes souhaits
accompli. Recevez donc, je Vous prie, Messieurs, comme
la moindre marque de mon respect, & de ma reconnoissance,
ce traité, de diverses Plantes de Siberie, qui n'ont
pas encore été connues à nos Botanistes. Le bon Dieu
veuille Vous combler, & Vos Familles de toutes les fe-
licités & les benedictions desiderables, & que je puisse
aussi m'assurer, que je serai, comme au paravant, tou-
jours dans Vos bonnes graces. Je suis avec la plus
profonde soumission

M E S S I E U R S

Votre tres humble & tres obeissant serviteur.

JON. P. HALENIUS.

VIRO *Plurimum Reverendo atque Doctissimo,*
DN. PETRO HALENIO,
Ad Ecclesiam Hedefundensem **COMMUNISTRO** Vigi-
lantissimo, **PARENTI** Indulgentissimo, quavis re-
verentia ad cineres prosequendo.

Jam tandem dies illuxit, quo tirocinium studio-
rum publice deponere valeam: id, vel uti pri-
mitiæ fructuum, qui Tuæ, *Parens Indulgentissime*, so-
licitudini Tuisque sumptibus debetur, cum ad Te
sponte quasi accedat, nullus dubitavi, quin
idem ipsum Tibi consecrarem. Innumera illa &
a teneris in me collata beneficia, majora quidem
fuere, quam quæ tam levi remunerentur munuscu-
lo: cum autem certo noverim, Te, *Parens Caris-
sime*, a filio nihil aliud requirere, præter gratum a-
nimum, hæc jam pagellas, venerabundæ mentis
testes, paterno ut excipias adfectu, ore atque ob-
testor. De cetero, *Mi Pater*, Tibi persuade, tantum erga Te pietatis mea semper in mente in-
hæsurum, quantum sermone explicare nunquam
sustinerem. Additis vero ad D. O. M. pro incon-
cussa Tua salute, ætateque in seros proroganda
annos, precibus devotissimis, ad cineres usque per-
manebo.


PARENTIS INDULGENTISSIMI

filius obedientissimus
JONAS P. HALENIUS.



J. Gare del.

C.B. sc.



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30783082>



D. D.

§. I.



Es Herbaria, a primis licet retro temporibus, una cum aliis semper exculta fuerit scientiis, præcedenti tamen seculo maximis locupletata est copiis, infinita diligentia Gallorum, Anglorum & Belgarum, qui non tantum Fundamenta artis exstruxerunt, sed etiam ingentem plantarum exercitum ex Asia, Africa & America conscripserunt. At vero, si Botanicorum labores, in hoc, quo vivimus seculo, perpendamus, videbimus, scientiæ tantas factas esse accessiones, quantæ unquam antea, ut in theoria, sic & in praxi: In memoriam tantum revocemus PLUMIERI plantas *Americanas*, TOURNEFORTII plantas *Orientalis*, BOERHAAVII varias species *Rariores*, FEVILLEI collectiones *Peruvianas*, VAILLANTI plantas *Compositas*, DILLENIII exercitum *Muscorum*, RUPPII plantas *Germanicas*, MICHELII plantas *Minimas*, BURMANNI plantas *Zeylanicas* & *Africanas*, HALLERI plantas *Helveticas*, SCHEUCHZERI *Gramina*,
A &

BARRERII plantas *Galliae æquinoctiales*, ut ceteras taceam.

§. II.

SVECIA nostra spiffis Botanices tenebris antea quasi involuta, hoc seculo eam quoque nacta est, in hoc scientiarum genere, lucem, quam extera quædam natio possedit unquam. RUDBECKIORUM *Campi Elysi* immensi laboris fructus fuere, licet quoad maximam partem perierint. LINDERI *Flora Wiksbergensis* non omnino contemnenda fuit. D. D. CELSII plantæ *Uplandicæ* ad minimas sese extendebant *Cryptogamistas*, antea a nostratibus nunquam lectas, ut taceam innumeros Nob. D. PRÆSIDIS labores, qui jam in Hollandia degens dedit Regulas fundamentales in *Fundamentis Botanicis*, Historiam literariam in *Bibliotheca Botanica*, Antecessorum eruditionem in *Classibus Plantarum*, Nomina vegetabilium repurgata in *Critica Botanica*, Naturæ incolas in ordinem redactas in *Systemate Naturæ*, Genera fundata in *Generibus Plantarum*, Species in *Flora Lapponica & Horto Cliffortiano*, ad Botanicen igitur eam aperuit viam, quam postea plerique & quidem summi Botanici ad Floræ calcarunt regnum: sicut GRONOVIVS in *Flora Virginica*, COLDENUS in *Flora Novæboracensi*, ROYENUS in *Horto Leydensi*, WACHENDORFFIVS in *Horto Ultrajectino*, GORTERUS in *Flora Gelro Zutphanica*, DALIBARDUS in *Flora Parisina*, GVETTARDUS in *Flora Stampensi*, FERBERUS in *Horto Agerumensi*, LECHIVS in *Plantis varioribus Scaniæ*, MITCHELIUS in *Generibus Americanis*, SCHIERA in *Sexu Plantarum*, ut alios præteream.

§. III.

Botanice, quantis post hæc, opera atque labore Nob. D. PRÆSIDIS, heic in Svecia nostra crevit auctibus, uberrima nobis exhibent testimonia *Flora Svecica, Hortus Upsaliensis, Iter Oelandicum, Gotblandicum, Westrogothicum & Scanicum, Flora Zeylanica, Systematis Naturæ editio sexta, Materia Medica, Philosophia Botanica & cetera.* Hæc omnia commilitones meos ad imitationem Magistri sui clarissimi ita excitarunt, ut plurimi, amœnitate scientiæ capti, in aperto hoc Floræ theatro vires suas experiri, non sine fructu, tentaverint: Sicut DARELIUS de *Ligno Colubrino*, KIERNANDER de *Senega*, TURSENIUS de *Anandria*, HALLMAN de *Passiflora*, KLASE de *Betula Nana*, HEGARDT de *Ficu*, HEILIGTAG de *Acrostico*, MONTIN de *Splachno*, RUDBERG de *Peloria*, NAUCLER de *Horto Upsaliensi*, MARTIN de *Plantis Burserianis*, WAHLBOM de *Sponsaliis Plantarum*, HASSELQUIST de *Viribus Plantarum*, DASSOW de *Novis Generibus*, LÖFLING de *Gemmis Arborum*, BERGIUS de *Seminibus Muscorum*, ASPELIN de *Flora Oeconomica*, HESSELGREN de *Pane Svecico*; immo D. Professor KALMIUS *Canadam*, Licentiatus HASSELQUIST *Palestinam*, TERNSTRÓMIUS & TORENIUS *Indiam Orientalem* adierunt, adeo ut scientia Botanica apud nos, ad majus videatur accessisse fastigium, quam apud plerasque alias nationes. Atque hæc fuere causæ, quibus ego impulsus occasionem etjam quæsi, pro viribus, commilitonum meorum sequendi vestigia Magistrumque imitandi meum.

§. IV.

Mihi hisce jam intento nihil placuit magis, nihilque delectationem attulit majorem, quam illa Floræ mundi pars, quæ novissimis jam temporibus, per Sibiriam, ad Asiam septentrionalem aperta est, quo tam multi strenui impigrique Floræ satellites se receperunt, ut sibi invicem æmulentur quasi, quisnam maximum novarum plantarum numerum detegere possit: sicut BUXBAUMIUS, MESSERSCHMIDIUS, GERBERUS, HEINZELMANNUS, STELLERUS, LERCHEUS, KRASCHENNINCOVIUS & instar omnium GMELINUS. Atque hic clarissimus Botanicus GMELINUS, nunc temporis Professor Tubingensis celeberrimus, qui novem annorum indefesso itinere, totam fere penetravit Sibiriam, quin Publico satisfaciat Botanicis non dubito, cum *Floram suam Sibiricam*, omnibus numeris absolutam, in lucem edere valeat, in qua nescio, utrum magis admiranda sit Autoris plantarum rariorum ingens atque stupenda collectio, an industria viri eximia, qua easdem clare & perspicue proponit.

§. V.

GREGORIO DEMIDOFF, Nobili Rhuteno, plantarum æstimatori eximio, præterita æstate D. Præsidis judicio subicere placuit collectionem ingentem plantarum rarissimarum, quas D. D. LERCHEUS, Botanicus sagacissimus, anno proxime ad finem vergente, ad Kamschatcam collegit, locum Asiæ remotissimum, Americæ proximum, inter quas non sine admiratione vidi, non solum multas, cum rarissimis nostris plantis Lapponicis communes, sed
etiam

etiam alias, partim ignotas omnino, partim minime tritas; & denique quasdam etiam cum Canadensibus easdem, argumento Canadam a Kamfchatca non longe distare, uti sequentes antea in sola America boreali visæ nunc etiam in extrema ora sibirix: sicut **CLAYTONIA** foliis linearibus. *Claytonia. Gron. virg. 25.*

ANEMONE caule dichotomo; foliis sessilibus amplexicaulibus palmatis. *Amæn. Acad. 155. n. 102.*

PARIS foliis ternis, flore pedunculato erecto. *Amæn. Acad. 154. n. 95.*

KLEINIA caule herbaceo, foliis hastato-sagittatis denticulatis, petiolis superne dilatatis. *Hort. Ups. 254. Porophyllum foliis deltooidibus angulatis. Gron. Virg. 94.*

HEUCHERA. *Hort. Cliff. 82. Gron. virg. 27.*

UVULARIA foliis perfoliatis. *Uvularia caule perfoliato. Gron. virg. 37. Uvularia folio integerrimo. Roy. lugdb. 27.*

SPIRÆA foliis integerrimis, umbellis sessilibus. *Hort. Ups. 131.*

ASPLENIUM frondibus lanceolatis indivisis: apice filiformibus radicantibus. *Phyllitis non sinuata minor, apice folii radices agente. Sloan. Fl. 14. Filicifolia Phyllitis parva saxatilis virginiana per summitates foliorum radicata. Pluk. alm. 154. t. 105. f. 3. Phyllitis saxatilis virginiana, per summitates foliorum prolifera. Moris. hist. 3. p. 557. f. 14. t. 1. f. 14.*

LYCOPODIUM spica sessili tetragona: squamis carinatis mucronatis. *Lycopodium rupestre pilosum & incanum, spicis acute quadrangulatis*

latis. *Dill. musc.* 457. t. 63. f. 11. Muscus rupestris repens virginianus, clavis foliosis erectis quadratis. *Pluk. alm.* p. 248. t. 100. f. 2. *Morif. hist.* 3. p. 624. f. 15. t. 5. f. 4.

SWERTIA corollis quadricornibus §. 6. ut plures præteream.

§. VI.

Harum in Kamschatca nascentium plantarum, elegi jam maxime singulares, & præcipue quas, inter multas elegantissimas illas plantas, quibus clarissimus Gmelinus Nob. D. Præsidis auxit herbarium, non vidi, quasdam etiam a clarissimo Gmelino missas descriptasque, ita tamen raras, ut botanici nunquam satis easdem perferutari debiteque cognoscere queant. Summus hic, si Plumierum demas, plantarum inventor, in Flora sua Sibirica, his, vel suas augeat, vel etiam illustret plantas. Mihi satis erit, ut flores quosdam, ex tam longe distantî naturæ horto, colligere liceat, quamdiu res circumstantes me intra hanc detinent Palladis sedem.

1. BROMUS spiculis distiche imbricatis sesilibus depressis.

Festuca culmo spicato, spiculis multifloris. *Gmel. sib.* 1. p. 115. t. 23.

Gramen cristatum tartaricum, spica latiore & brevior. *Heintz. Tartar.* 327.

Gramen triticeum, spica latiore compacta cristatum. *Buxb. cent.* 1. p. 32. t. 50. f. 3.

CULMUS articulatus, pedalis, teres, striatus: internodio supremo, longissimo, subvillosa.

FOLIA linearia, acuminata, striata: *Vagina* cylindrica, magis striata, terminata *Margine* obtuso, brevissimo.

SPICA composita, ovata, compressa, disticha: *Spiculis* circiter viginti depressis, horizontali erectiusculis, pilosis, sessilibus.

CALYCIS *Gluma* ad singulam spiculam bivalvis, quadriflora, lanceolata, ascendens, lævis, apice acuminata in aristam.

FLOSCULORUM *Gluma* bivalvis: *Valvula exterior* hirsuta, lanceolata, concava, apice terminata *Arista* recta, scabra. *Valvula interior* lævis, linearis, brevior.

STAMINA terna; *Filamenta* capillaria. *Antherae* oblongæ, lineares, albæ.

PISTILLI *Germen* turbinatum. *Styli* duo villosi. *Stigmata* simplicia.

PERICARPIUM nullum, sed gluma semina obvestiens.

SEMEN unicum, oblongum, hinc convexum, inde planum.

Accedit proxime ad BROMUM culmo indiviso spicis alternis sessilibus teretibus Fl. Sv. 89. Iter Gotl. 180, a quo differt;

1:0 *Spiculis magis adproximatis, subcontiguis, pluribus, magisque hirsutis.*

2:0 *Spiculis depressis, nec teretibus.*

3:0 *Aristis longioribus & circiter spicula dimidio brevioribus.*

Adeoque refert dorsum glumarum latera, margines vero cælum, aut terram, more tritici, contrario situ ac in Loliiis.

*Involucrum spicularum nullum, quo differt a Cereali-
bus spicatis plerisque.*

2. **CORTUSA** calycibus corollam exceden-
tibus.

RADIX fibrosa, capillaris.

FOLIA radicalia plurima, cordata, obtusa, cre-
nata *Lobulis* undecim, obtusis, rotundatis, sub-
æqualibus, inferioribus paulo angustioribus,
superne adspersa *Pilis* vagis, albidis, uncialia,
infidentia *Petiolis* folio quadruplo longioribus,
linearibus.

SCAPI plures, nudi, pilis vagis adspersi, foliis
paulo longiores, terminati involucro, cum Um-
bella inæquali.

INVOLUCRUM sæpius triphyllum, ovatum;
minimum, acutum, pilis adspersum.

UMBELLÆ *Pedunculi* tres, vel quatuor, filifor-
mes, inæquales, caule dimidio breviores, ter-
minati flore solitario.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, campa-
nulatam: *Lobis* subovatis, acutis, patulis.

COROLLA monopetala, infundibuliformis, al-
ba, fauce coarctata, calyce minor, brevior, mul-
toque angustior: *Limbo* quinquefido, obtuso.

STAMINUM *Filamenta* quinque, corollæ inserta
versus basin. *Antheræ* subrotundæ, intra faucem.

PISTILLI *Germen* subrotundum. *Stylus* brevis. *Sti-
gma* simplex.

PERICARPII *Capsula* subglobosa, unilocularis, api-
ce quinquevalvis.

SEMINA plurima, subrotunda.

Facies foliorum ad Crysofplenium accedit.

Lecta est hæc fuit ab indefesso GMELENO.

3. CONVOLVULUS pedunculis unifloris, foliis ovalibus tomentosiss.

Thee Persarum folio lanuginoso. Demid.

CAULES crassitie pennæ, teretes, tomentosi, albidi.

FOLIA ovalia, magnitudine extimi articuli pollicis, crasso vellere utrinque tomentosa, albida, integerrima, obtusa, insidentia *Petiolis* brevissimis, tomentosiss.

PEDUNCULI axillares, solitarii, uniflori, longitudine foliorum, instructi *Involucro* diphylo, ovato, calyce minore, a quo spatium remoto.

CALYCIS *Perianthium* pentaphyllum: *Foliolis* ovatis, tomentosiss: tribus interioribus minoribus.

COROLLA campanulata, calyce quadruplo major.

STAMINUM *Filamenta* quinque, setacea, calyce paulo longiora. *Antheræ* oblongæ, sagittatæ.

PISTILLI *Germen* lanatum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigmata* duo, linearia, crassiuscula.

Habitat ad litus maris Caspici.

4. PHLOX foliis linearibus villosiss, pedunculis terniss.

RADIX fibrosa, perennis, lignosa, filiformis, flexuosa.

CAULES plures, inæqualiter subdivissi, decumbentes, subvillosi, filiformes, vestiti foliorum ramentis emacidis. *Facies Scleranthi.*

FOLIA opposita, linearia, pilis viscidis adspersa, acuta; emarcida & antiqua exsucca caules inferne obvestiunt.

Ramorum rudimenta foliis confertis ex alis foliorum.

PEDUNCULI terminantes cauliculos, duo seu tres, nudi, piloso-viscidi, teretes, uniflori, foliis paulo longiores.

CALYCIS *Perianthium* cylindricum, quinquepartitum, villosum: *Foliolis* setaceis, longitudine tubi corollæ.

COROLLA infundibuliformis, cærulea: *Limbo* quinquepartito, patente; *Lobis* obverse ovatis, integerrimis; *Tubo* cylindrico, longitudine limbi.

STAMINUM *Filamenta* quinque, longitudine tubi, inter se parum inæqualia. *Antherae* ovales, flavæ.

PISTILLI *Germen* ovatum, brevissimum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* tria, filiformia.

Phlogis plurimæ species in America septentrionali occurrunt.

1. *PHLOX foliis lanceolatis margine scabris, corymbis compositis.*

2. *PHLOX foliis lineari-lanceolatis villosis, caule erecto, corymbo terminali.* Pluk. phyt. 98. f. 1.

3. *PHLOX foliis lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali.* Hort. Cliff. 63 Roy. Lugdb. 433. Gron. virg. 31.

4. *PHLOX foliis ovatis, floribus solitariis.* Pluk. phyt. 348. f. 122. 4.

5. *PHLOX foliis subulatis hirsutis, floribus oppositis.* Pluk. phyt. 98. f. 2.

6. *PHLOX* foliis setaceis glabris, floribus solitariis.
Pluk. phyt. 98. f. 3.

7. *PHLOX* Nostra differt a Quinta, petalorum Limbi lobis non emarginatis, nec calycis laciniis tubo corollæ dimidio brevioribus.

PENTANDRIA DIGYNIA.

5. *GENTIANA* foliis margine membranaceis basi coadunatis.

Gentiana humilis aquatica verna. *Amm. rbut.* 4. t. 1.

RADIX fibrosa, annua.

FOLIA radicalia sæpius quatuor, majora, obverse ovata, obtusiora.

CAULIS vix pollicis longitudine, tetragonus: angulis scabris.

FOLIA caulina opposita, obverse ovata, acuta, margine membranaceo cincta, carinata, basi coadunata.

FLOS terminalis, sessilis, cæruleus.

CALYCIS *Perianthium* tubulosum, pentagonum: Limbo quinquefido, ovato, acuto, carinato, margine membranaceo.

COROLLA longitudine calycis, plicata, campanulata, quinquefida, interjectis segmentis alternis brevioribus, tenerioribus, acute bifidis.

STAMINUM *Filamenta* quinque. *Antheræ* luteæ.

PISTILLI *Germen* cylindricum, longitudine fere corollæ. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, obtusa.

PERICARPII *Capsula* oblonga, subcylindræa, unilocularis, bivalvis.

SEMINA plurima, orbiculata, compressa, emarginata.

Facies Arenariæ.

*Rami alterni, caule paulo longiores, itidem subramosi
& floriferi.*

Inventionis gloria debetur Cl. GMELINO.

6. SWERTIA corollis quadrifidis quadri-
cornibus,

RADIX fibrosa, annua.

CAULIS semipedalis, teretiusculus, obsolete qua-
drangularis, læviusculus, articulatus **Geniculis**
quinque, sex, seu pluribus.

FOLIA lanceolata, trinervia, integerrima, lævia.

*Rami oppositi, caule multo breviores, superiores
brevissimi.*

FLORES terminantes caulem & ramos, oppositi,
pedunculati.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, corolla bre-
vius, quadrifidum, margine scabrum, erectum,
persistens.

COROLLA campanulata, erecta, semiquadrifida,
acuta, versus basin instructa *Corniculis Nectariferis*
quatuor deorsum exstantibus, obtusis, subulatis.

STAMINUM *Filamenta* quatuor, corollæ inserta,
eque dimidio breviora. *Anthere* subrotundæ.

PISTILLI *Germen* cylindricum, longitudine stami-
num. *Styli* nulli. *Stigmata* duo, filiformia.

PERICARPII *Capsula* cylindrica, unilocularis, bi-
valvis.

SEMINA plura, subrotunda.

*Facies plantæ est Gentianæ (Fl. Sv. 203.) Flores cor-
niculis nectariferis Peloriam mentientes.*

Inventa primum a Cl. GMELINO, qui eandem ad D. Præsidem misit; deinde a STELLERO, quam D. Demidoff misit.

7. SWERTIA corollis quadrifidis e cornibus.
RADIX fibrosa.

FOLIA radicalia ovata, nervosa, in petiolos, longitudine foliorum, desinentia.

CAULES numerosi, dichotomi, diffusi, articulati, longitudine digiti.

Rami oppositi, subramosi, longiores.

FOLIA Caulina ovata, trinervia, glabra, subsessilia, integerrima, patentia.

PEDUNCULI e dichotomia ramorum, terminales, uniflori, internodiis ramorum breviores.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, quadripartitum: *lobis* ovato-lanceolatis, acutis.

COROLLA monopetala, quadripartita, patens: segmentis ovatis, persistentibus, obtusis.

STAMINUM *Filamenta* quatuor, fetacea, corollæ dimidio breviora. *Antherae* subrotundæ.

PISTILLI *Germen* ovatum. *Styli* nulli. *Stigmata* duo, obtusiuscula.

PERICARPII *Capsula* longitudine corollæ, subrotunda, compressa, unilocularis, bivalvis: valvis planis.

SEMINA subrotunda.

Facies Anagallidis aut Alsines.

NECTARIA nulla corniculata in hac specie.

GMELINUS primus hanc invenit & misit sub nomine **SWERTIÆ** floribus quadrifidis: laciniis erecto-patentibus.

8. **SALSOLA** frutescens, foliis pilosis inermibus.

FRUTEX Ramis virgatis, rectis, teretibus; Ramulis inferioribus brevioribus, post florescentiam enascentibus: superioribus elongatis, tenerioribus, fructificantibus, dein emarcescentibus.

FOLIA alterna, linearia, subtus & ad marginem pilis adspersa, apice acuta, inermia.

FLORES axillares, solitarii, sessiles. **CALYCE** hirsuto, pentaphyllo, subrotundo: Limbo membranaceo, patente, nervoso, rotundato.

Reliquæ partes præ tenuitate describi nequiverunt.

Facies omnino Camphorosmæ.

In horto Academico Upsalicensi, e seminibus variis Americanis, missis Philadelphia Virginia, a Theologo nostrate Dylandro 1742, plurimæ plantæ enatæ fuere, & inter has frutex hic, qui præterita æstate primos flores ostendebat.

Frutex noster est caudice brevissimo, semipedali, crassitie digiti, tereti, undique exserente Ramos copiosos, virgatos, decumbentes & versus terram reflexos (nullos vero erectos), pedales & bipedales. Folia alterna, linearia, pollicis transversa longitudine, subsucculenta, vix manifeste villosa. Ex singulis foliorum alis rudimenta ramulorum, seu folia nonnulla. Flores, qui etiamnum prodierunt, fuere axillares, sessiles, calyce parvo quinquesido, Stylo longo, rubro, bifido; fructus non maturascebat, cum sero autumno prodierunt flores; videtur tamen hæc planta eadem esse, cum salsola descripta.

9. **ANABASIS** aphylla: articulis emarginatis.

Kali bacciferum Salicorniæ facte. *Buxb. cent. 1. p.*

PENTANDRIA DIGYNIA.

15

CAULES breves, teretiufculi, brachiati *Ramis* oppositis itidem ramosis, articulati: *Articulis* lævibus, apice superiori membranaceo, emarginato, excipiente basin superioris articuli.

FOLIA nulla.

FLORES oppositi, sessiles.

Character Genericus.

CALYCIS *Perianthium* triphyllum: *foliis* subrotundis, concavis, obtusis, patentibus.

COROLLÆ *Petala* quinque, ovata, æqualia, calyce minora, persistencia.

STAMINUM *Filamenta* quinque, filiformia, flore longiora, inter singula petala singula. *Antheræ* subrotundæ.

PISTILLI *Germen* subrotundum, acuminatum, desinens in *Stylos* duos, *Stigmatibus* obtusis.

PERICARPII *Bacca* subrotunda, calyce dilatato cincta.

SEMEN unicum, cochleatum.

Species hujus Generis altera est

ANABASIS *foliis* subclavatis.

Kali bacciferum: foliis clavatis. Buxb. cent. 1, p. 12. t. 12, f. 1.

HEXANDRIA MONOGYNIA.

10. LILIUM *foliis* verticillatis: *floribus* erectis: *corollis* campanulatis.

RADIX bulbosa, squamata.

CAULIS simplicissimus, teres, lævis, pedalis.

FOLIA verticillata, lanceolata, sessilia, quatuor vel sex, striata, parum obtusa, lævia; suprema folia duo vel tria, læpius alterna, angustiora.

FLO-

FLORES terminales, pedunculati: pedunculis brevissimis, nudis, erectiulculis.

COROLLA campanulata: *Petalis* sex, ovatis, obtusis, lævibus, striatis, purpurascensibus.

STAMINUM *Filamenta* sex, subulata, petalis dimidio breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

PISTILLI *Germen* triangulare, oblongum; *Stylo* nullo terminatum: *Stigmatibus* tribus, oblongis, recurvis, longitudine fere germinis.

Folia ut in speciebus Martagon dictis.

Flores autem parvi, magnitudine & figura Lili Perfici

Stigmata absque stylo oblonga, in hoc genere singularia sunt.

HEXANDRIA TRIGYNIA.

II. MELANTHIUM petalis sessilibus.

Ornithogalum spicis florum longissimis ramosis.

Gmel. fib. 1. p. 45. t. 8.

RADIX bulbosa, oblonga.

FOLIA radicalia, semipedalia, nonnulla, linearia, acuminata, striata, in petiolos attenuata.

CAULIS nudus, pedalis, teres, in medio cinctus folio unico, lineari, brevi.

FLORES paniculati: *Pedunculis* alternis, unifloris; infimo pedunculo longiore, pedicellis alternis instructo.

Bractæe lanceolatæ, sessiles, acuminatæ, pedunculo singulo subjectæ, coloratæ, brevissimæ.

COROLLA *Petalis* sex, lanceolatis, sessilibus, reflexis, persistentibus, albidis.

Nectarium obverse cordatum, bifidum, petalorum basi adnatum.

STA-

STAMINUM *Filamenta* sex, subulata, corolla dimidio breviora, eique adnata ad basin nectarii, *Antheræ* subrotundæ.

PISTILLI *Germen* conicum. *Styli* tres, erecti, subulati. *Stigmata* simplicia.

PERICARPII *Capsula* ovata, acuminata, trilocularis, trivalis: *Valvulis* compressis.

SEMINA plurima, oblonga, membranacea, compressa, angulata

Differt a MELANTHIO *petalis unguiculatis.* (Gron. fl. virg. p. 59) *petalis sessilibus, nec insidentibus unguibus elongatis, nec filamenta rigida persistunt a casu Antherarum. Facies autem omnino virginicæ.*

DECANDRIA MONOGYNIA.

12. SOPHORA foliis ternatis, spica verticillata.

CAULIS lævis, striatus.

FOLIA ternata, petiolata: *Foliolis* sessilibus, subæqualibus, ovalibus, utrinque acutiusculis, integerrimis, subtus subvillosis.

Petiolus foliis brevior, subvillosus.

Stipulæ oppositæ, magnitudine foliorum, sessiles, extus subvillosæ.

SPICA terminalis, erecta, simplex; *Pedunculis* brevissimis, unifloris, subvillosis, verticillatim tribus collocatis.

Bractææ ovatæ, sub singulo flore singulæ, longitudine calycis.

CALYCIS *Perianthium* subcampanulatum, quinquefidum, suprema divisura minori.

COROLLA pentapetala: *Vexillo* utrinque reflexo, magnitudine alarum, emarginato; *Alis* ovalibus,

vexillo fere longioribus. *Carina* obtusa, dipetala.

STAMINUM *Filamenta* decem, filiformia, distincta, declinata, longitudine fere *carinæ*. *Antheræ* subrotundæ, flavæ.

PISTILLI *Germen* oblongum, hirsutum. *Stylus* subulatus, adscendens. *Stigma* simplex.

Filamenta distinctissima genus determinarunt.

Stipulæ maximæ plantam speciosam reddunt.

Varietates hujus speciei duæ evidentissimæ.

α. Stipulis subrotundis obtusissimis retusis.

Floribus in spica sæpius alternis magis pedicellatis.

β. Stipulis ovato-oblongis acutiusculis.

Floribus tribus in singulo spicæ verticillo.

Braçteis triphyllis scapum spicæ ambientibus.

DECANDRIA DIGYNIA.

13. MITELLA foliis ternatis,

RADIX fibrosa, perennis.

CAULIS erectus, semipedalis, filiformis, tertiariusculus, altero latere parum canaliculatus, piloso-scaber.

FOLIA ternata, petiolata, ad radicem pauca, in caule sæpius duo, altero versus radicem, altero in medio caulis versus racemum: Foliola angulata, ferrata: medio rhombeo: lateralibus trapeziformibus, pilis rigidiusculis adspersa.

RACEMUS semipedalis, terminalis, constans *Corymbis* raris alternis.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, subcampanulatum, quinquefidum, persistens.

COROLLA *Petalis* quinque, ovatis, calyci insertis, vix calyce longioribus.

STAMINUM *Filamenta* decem, subulata, corolla longiora. *Antheræ* subrotundæ.

PISTILLI *Germina* ovata duo. *Styli* duo filiformes. *Stigmata* obtusa.

PERICARPII *Capsule* duæ, calyce longiores, nutantes, quarum altera duplo major.

SEMINA plurima.

Habitus, & spica & capsula omnino MITELLÆ scapo nudo Hort. cliff. 167. Gron. vig. 160. sed folia absolute ternata, ut in Rubo.

Datur alia planta in Sibiria sc. MITELLA petalis multifidis scapo nudo, quæ differt tota specie a MITELLA scapo diphylo, Hort. cliff. 167. uti constat ex foliis.

DECANDRIA PENTAGYNIA.

14. SEDUM foliis quaternis.

CAULIS pedalis, erectus, teres.

FOLIA lanceolata, vix digitum longa, æqualiter ferrata, lævia, acutiuscula, minus carnosæ.

CORYMBUS parvus, terminalis.

FLORES in suo genere parvi; *Calyce* quinquedentato: *Petalis* quinque: *Staminibus* decem: *Pistillis* quinque.

Distinctissima species ab Anacamptero T. & Rhodiola, cum quibus facie convenit, & habitu erecto & magnitudine foliorum. Ab omnibus vero distinctissima foliis verticillatis, sæpius quaternis, raro quinis.

ICOSANDRIA PENTAGYNIA.

15. SPIRÆA foliis pinnatis. *Gmel.*

Spiræa forbifolio tenuiter crenato, floribus in thyrsis albis. *Amm. rhut. 186. n. 264.*

FRUTEX virgis teretibus, lævibus.

FOLIA pinnata: *Foliolis* tredecim, sive quindecim ovato-lanceolatis, acuminatis, acute ferratis, impari

pari paulo majori, simplicissimo.

Stipule parvæ, lanceolatæ, parum ferratæ.

PANICULA ramos terminans, uti etiam ex alis superioribus minores paniculæ.

FLORES magnitudine & facie *Filipendule* vulgaris.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum.

COROLLÆ *Petala* quinque, alba, oblonga, obtusa, patentia.

STAMINUM *Filamenta* capillaria, plurima, petalis longiora. *Anthere* subrotundæ.

PISTILLI *Germina* quinque. *Styli* filiformes, calyce paulo longiores. *Stigmata* crassiuscula, obtusa.

PERICARPH *Capsule* quinque, oblongæ, acuminatæ.

SEMINA plurima.

Hæc planta demonstrat affinitatem Spirææ, cum Filipendula & Arunco. Habitus Arunco, sed flores hermaphroditi. Panicula Filipendulæ, sed pistilla quinque. Folia fere Sorbi.

Frutex missus fuit ad Hortum Upsaliensem a Nob. D. Demidoff, sed periit ex itinere.

ICOSANDRIA POLYGYNIA.

16. DRYAS pentapetala, foliis pinnatis.

RADIX perennis, stolonibus decumbentibus, apice frondescentibus, filiformibus, lignosis.

FOLIA radicalia, pinnata, glabra: *Foliolis* septem, sive novem, omnibus oblongis, linearibus, fere cuneiformibus; superne obtuse serratis, inferioribus minoribus.

Stipule filiformes, angustissimæ.

SCAPUS filiformis, foliis duplo sive triplo longior,

gior, nudus, instructus interdum folio unico; ternato, sessili minore.

FLOS unicus scapum terminans.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, ultra medium decemfidum: segmentis patentibus, acutis, alternis paulo minoribus.

COROLLÆ *Petala* quinque, calyce duplo majora, subrotunda, obtusa, patentia, alba.

STAMINUM *Filamenta* numerosa, capillaria, calyce breviora eique inserta. *Antheræ* subrotundæ.

PISTILLI *Germina* plurima. *Styli* hirsuti, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

SEMINA plurima, caudata filo hirsuto flore longiore.

Habitus *Potentillæ*: *Folia* *Pentaphy. lloidis* T: *Flos* *Fragariæ*: *Fructus* *Dryadis*.

Statura plantæ & fructus omnino Dryadis, a quo genere differt solo numero floris partium quinario; cum Geis tamen sociare vetat floris figura & seminum caudæ apice inermis.

POLYANDRIA TETRAGYNIA,

17. CIMICIFUGA.

Thalictroides foetidissimum Christophorianæ facie.

Amm. rbut 102.

CAULIS parum & inæqualiter angulatus.

FOLIA duplicato ternata: *Foliolis* incis, imparibus majoribus magisque angulatis; supremo foliolo ternato.

SPICÆ oblongæ, laxæ: pedunculis longis.

FLORES pedicellis brevissimis unifloris.

CALYCIS *Perianthium* tetraphyllum, patens: *Foliolis* ovatis, concavis, deciduis.

COROLLÆ *Petala* quatuor, calyce paulo majora, sub-

subrotunda, decidua.

STAMINUM *Filamenta* capillaria, plurima, longitudine corollæ. *Antheræ* subovatae, erectæ.

PISTILLI *Germina* quatuor, oblonga, angulata. *Stylis* altitudine staminum, brevissimis, *Stigmate* simplici.

PERICARPII *Capsulæ* quatuor. *Messerschm.*

SEMINA plurima, hispida villis foliaceis. *Messerschm.* *Habitus* Actææ, sed fructus quadricapsularis reddit plantam diversissimam. *Facies floris* & *germinorum cum Thalicetro multa* habet communia.

De genere dubium manet, utrum ab Actæa distinguendum, nec non. Actæa racemo ovato (Fl. Sv. 431.) baccata est, at Actæa racemis longissimis, (Gron. virg. 57.) fructu exsucco folliculari. Numerus capsularum solet genera distinguere, non vero in affinibus Delphinii, Aconiti &c. Qui itaque vivam examinare possunt plantam, dubium extricent.

Usus plantæ eximius & specificus est contra Cimices, adeoque ejus cultura in hortis esset necessaria; interim inquirendum, numne Actæa nostra eundem exserat effectum, ut foetida & affinis.

Fungi (Fl. Sv. 1076.) recenter collecti, in partes minutissimas contusi, & in vase probe obturato, observati, transeunt in liquamen, quod inunctum, ubi Cimices domestici (Fn. 646.) habitant, eosdem felicissime extirpat.

POLYANDRIA POLYGYNIA.

18. **HELLEBORUS** foliis ternatis, scapo unifloro.

RADIX fibrosa, filiformis, repens, perennis.

FOLIA radicalia ternata: *Foliolis* sessilibus, obverse ovatis, extrorsum magis gibbis, argute serratis, rigidiusculis, glabris, venosis. *Pe*

Petioli filiformes, folio longiores.

SCAPUS solitarius, filiformis, petiolis duplo longior, instructus *Bractea* subovata.

FLOS solitarius, magnitudine floris *Trientalis*.

COROLLÆ *Petala* quinque, ovata, basi in unguem attenuata, alba, striata.

Nectaria petalis sæpius plura, lutea, limbo ovata, basi attenuata in cylindrum perforatum, petalis dimidio breviora.

STAMINUM *Filamenta* capillaria, alba, plurima nectariis vix longiora. *Atheræ* albæ, subrotundæ, erectæ.

PISTILLI *Germina* quinque compressa. *Styli* filiformes, longitudine staminum, recurvi. *Stigmata* obtusa.

PERICARPIUM *Capsulis* quinque, acuminatis, compressis, coadunatis margine interiore.

SEMINA plurima.

Minima est hæc planta in suo genere, attamen spectabilis; inter Flores Sibiria speciosos & maxime singulares est etiam quædam Fumaria bulbosis affinis, floribus condecorata, in suo genere maximis.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.

19 **BARTSIA** foliis alternis bidentatis.

RADIX fibrosa

CAULIS simplex, teres, erectiusculus, simplicifolius, substriatus, superne villosus.

FOLIA alterna, sessilia, lineari-lanceolata, trinervia, interstitiis foliorum longiora: horum inferiora minora, indivisa: superiora, longiora, latiora, instructa dente utrinque oblongo, tertiam partem folii attingente. At *Folia Floralia*, calyces obvolventia, floribus non longiora, sed latiora, colorata, obtusiora, trifida vel quinquefida, obtusa.

SPICA terminalis; foliosa, ad alterum latus parum inclinata: *Floribus* alternis, sessilibus.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, tubulosum, quadridentatum, acutiusculum, æquale, persistens.

COROLLA monopetala, purpurea, ringens: *Labium superius* erectum, tenuius, obtusum, integerrimum, longitudinaliter connivens; *Labium inferius* trifidum, erectiusculum, æquale, parvum.

STAMINUM *Filamenta* quatuor, erecta, longitudine tubi, quorum duo paulo breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ, labio superiori adproximatæ.

PISTILLI *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine floris. *Stigma* obtusum.

PERICARPII *Capsula* subovata, compressa, bilocularis, bivalvis: *Valvis* parallelis, dissepimento contrariis.

SEMINA plurima, angulata, compressa.

Spica videtur esse glutinosa.

Convenit hæc planta cum Bartsia foliis alternis (pinnatifidis) Gron Virg. 68. in plurimis partibus: Caule simplicissimo, Foliis alternis, dentatis, Foliis floralibus coloratis, latioribus, brevioribus; sed differt præcipue Calyce, qui in Americana obtusus, lobis rotundatis, expansis, quod in nostra non obtinet; ut taceam speciosum colorem & folia pluries divisa in Americana.

Hanc plantam legit etiam Cl. GMELINUS, sed foliis caulinis vix dentatis, floralibus vero ovatis, utrinque bi aut tridentatis, eandem tamen esse plantam, dubium non est.

TETRADYNAMIA SILIQUOSA.

20. **ARABIS** caule nudo.

RADIX fibrosa, perennis, lignosa.

FOLIA radicalia, plurima, duos pollices longa, lanceolata, pinnatim ultra medium secta laciniis acuminatis, scabra, desinentia in *Petiolos* oblongos, basi dilatatos, membranaceos.

CAULIS erectus, longitudine digiti, teres, nudus.

CORYMBUS terminalis, depressus, floribus alternis: *Pedunculis* brevissimis, inferioribus paulo longioribus.

CALYCIS *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *Foliolis* purpurascens, oblongis, obtusis, deciduis, exterioribus duobus basi gibbis.

COROLLA tetrapetala: *Limbo* purpureo, patente; *Laminibus* obverse ovatis.

STAMINUM *Filamenta* sex, subulata, longitudine tubi, quorum duo exteriora breviora. *Antheræ* oblongæ, flavæ.

PISTILLI *Germen* cylindricum, longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum.

Dantur varietates foliis lanceolatis, integerrimis.

Variat etiam flore albo.

DIADELPHIA DECANDRIA.

2. **ASTRAGALUS** acaulis, leguminibus inflatis subglobosis.

RADIX fibrosa, lignosa, superne ramosa.

FOLIA radicalia, plurima, digitorum longa, pinnata: *Foliolis* ovatis, oblongiusculis, subtus pilosis, integerrimis, viginti unum sive viginti tres.

SCAPUS teres, substriatus, petiolis crassior, non vero longior, nudus.

SPICA terminalis: *Floribus* sessilibus, alternis; *Bracteis* lanceolatis, villosis, flore brevioribus.

FLORES præterire.

PERICARPIUM *Legumina* inflata, membranacea, bilocularia, obtusa, magnitudine extimi articuli pollicis.

SEMINA plurima, reniformia.

Fructus faciem gerit fructuum Coluteæ, sed magis obtusus & magis globosus est.

Vix datur regio pluribus & diversis speciebus Astragali luxurians, quam Sibiria, unde hujus numerosam gregem attulere recentiores Botanici.

22. ASTRAGALUS capitulis oblongis sessilibus, calycibus & leguminibus lanatis. *Hort. Ups. 361.*

RADIX fibrosa.

CAULES longi, teretes, striati. læves.

FOLIA alterna, palmari spatio remota, pinnata: *Foliolis* circiter 31, ovatis, supra glabris, subtus parum villosis, vix pollicem longis.

Stipulae sublanceolatae, acutae, basi latiores.

SPICÆ axillares pedunculis brevissimis insidentibus, magnitudine strobili Abietis (*Fl. Sv. 789*).

Flores numerosi, sessiles.

Bractea lineares, acuminatae, longitudine fere florum, hirsutae.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, lanatum lana alba, quinquedentatum: *Dentibus* setaceis, hirsutis, longitudine fere floris.

COROLLA papilionacea, flava. *Vexillum* adscendens, lateribus reflexum. *Alae* sublanceolatae, vexillo paulo breviores. *Carina* recurva, compressa, obtusissima, ut in *Hedysaro*.

STAMINUM *Filamenta* diadelpa, intra carinam recondita. *Antherae* flavae.

PISTILLI *Germen* subulatum, lanatum. *Stylus* filiformis, ascendens, lævis. *Stigma* obtusum. *Planta speciosissima spicis crassissimis lana alba involutis.*

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS

23. **PRENANTHES** repens, foliis trilobis.

RADIX fibrosa.

CAULIS stolonibus pluribus, filiformibus, teretibus, decumbentibus, pedalibus, crassitie fere pennæ, repentibus: Radiculis plurimis ad genicula prodeuntibus.

FOLIA solitaria, e geniculis enata, ultra medium triloba: *Lobis* obtusis, subdentatis, lateralibus lobis interdum bilobis, glabra, nervosa, desinentia in petiolos longiores, basi angustiores.

Folia Floralia lanceolata, indivisa.

PEDUNCULUS e regione petioli, filiformis, nudus, longitudine petiolorum, apice gerens pedicellos duos breviores, singulis squamula instructis.

CALYX cylindricus, constans *Squamis* decem, lanceolatis, obtusis, æqualibus, lævibus: Basi cinctus *Squamis* quinque, minutissimis.

COROLLA composita flosculis decem: *Corollule* ligulatæ, flavæ, calyce duplo longiores, quinque-dentatæ.

STAMINUM singulis *Filamenta* quinque, brevissima. *Anthera* cylindrica, corolla duplo brevior.

PISTILLI *Germen* oblongum, sub receptaculo. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, revoluta.

PERICARPIUM nullum. *Calyx* immutatus, longitudine fere fructus.

SEMINA oblonga, coronata Pappo simplici.

RECEPTACULUM nudum, planiusculum.

Habitus Sisymbrii, more enim Beccabungæ, aut Menyanthis crescit, quod rarum est in hac gente.

Videtur esse planta in uliginosis, vel paludosis habitans.

GYNANDRIA DIANDRIA.

24. NEOTTIA nectarii labio bifido lineari.

RADIX defuit.

CAULIS palmaris, teres, filiformis, crassitie filivulgaris, simplicissimus.

FOLIA caulina tubulosa, caule ampliora, supra medietatem patentiuscula Limbo erecto, obliquo, inferne laxe vaginantia, subnervosa.

RACEMUS terminalis, caulis longitudine: Floribus alternis, remotis: bracteis ovatis: Pedunculis solitariis, bractea duplo longioribus.

COROLLA nuda, Petalis quinque, lanceolatis, patentibus, subæqualibus: Nectario lanceolato, petalis duplo latiore, triplo longiore, bifido, laciniis attenuatis, rectis.

PISTILLI Germen turbinatum, in pedunculum definens, sub corolla positum. Stylus adscendens, petalis paulo brevior, incurvus. Stigma obtusum, sub quo Antheræ duæ.

PERICARPII Capsula oblonga, basi angustior, unilocularis, triangularis, angulis dehiscens.

SEMINA plurima, paleacea.

Corollæ figura refert Satyrium bulbis indivisis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido: lacinia intermedia lineari obliqua præmorsa. Act. Ups. 1744 p. 18.

25. DRACONTIUM foliis lanceolatis.

RADIX nobis incognita.

FOLIA lanceolato-ovata, viridia, spithamea, inferne attenuata in *Petiolos* basi dilatatos, equitantes.

SPATHA membranacea, colorata, lanceolata, inferne convoluta.

SPADIX longitudine fere spathæ, nudus, terminatus.

SPICA ovata, densissima, composita ex *Flosculis* sessilibus, numerosissimis, distinctis: *Perianthiis* propriis, tetraphyllis, obtusis, inter quæ *Anthe-
ræ* quatuor, cum *Pistillo* obtuso, absque *Stylo*.*Hæc planta valde adfinis videtur CALLÆ aquatili, odore Allii vehementi præditæ Gron. virg. 186. vel CALLÆ vulgo Skunkweed. Colden. Novebor.*DRACONTIO Mitchell. nov. gen. 906. *At odor in sicca planta vix potuit dignosci.**Facies foliorum Mandragoræ, Spathæ Ari, Spadix Callæ; sed squammæ calycinæ flosculos distinguentes Dracontii speciem esse manifeste evincunt.*

CRYPTOGAMIA MUSCI.

26. LYCOPODIUM repens dichotomum, foliis quadrifariam imbricatis, spicis sessilibus.

FRONDES sive RAMULI lignosi, plurimi, dichotomi, undique diffusi, decumbentes & terræ appressi, saturate purpurei, teretes, undique recti *Foliolis* quadrifariam imbricatis, subovatis, apice triquetris, ceterum convexis, acutis,

tis, margine & dorso carinato scabris, ita dispositis, ut duplex series undique tegat superficiem superiorem rami, duplex etiam series tegat ejusdem inferiorem superficiem, sed magis divaricata.

SPICÆ terminantes ramulos acute quadriquetræ, ramulis paulo crassiores, sessiles magisque purpurascentes, oblongæ, *Foliolis* acutioribus & magis angulatis vestitæ, intra quæ latent grana globosa, flava, solitaria, intra alias vero ejusdem squamas spicæ *Antheræ* bivalves, polliniferæ.

Muscus hic ad Lycopodioidea in Methodo Dillenii referendus, differt ab ejus speciebus, quod omnibus minor sit.

Habitus est Jungermannia imbricatæ, sed Spicæ acute quadrangulares recondunt Antheras bivalves & Grana globosa.

Caules deasis foliis, præsertim versus radicem, late purpurei sunt, adeoque a congeneribus hoc colore distinctissimus evadit muscus.

Radicula nullæ observantur descendere e ramis, quamvis terræ adproximentur caules, uti in muscis repentibus.

